quam Deo, quam Patriæ debuerat, omniaq; perscipturum me ad Cardinalem significari, qui ex ea maximæ actionis indicium de cuiusq; animo esset facturus. Reliquos satis firmos, Cracoviæ Epum labare intellexi. Sequenti die tantus fuit haereticorum impetus, ut pene Senatus auctoritas perscripta sit: tamen recusationi Episcoporum, et maxime Cracoviæ Epi orationi, res in sequentem diem dilata est. Armata, arma, bellum intentatum est ab haereticis, ac denuntiatum se nonnisi si prius, et Regem cedere passuros esse, nisi eis templa quæ vellent sacra quam probent Religionem colendi, habendiq; ius, potestasq; fiat. Haud longe à re, atq; seditione res abfuit. Postridie Cracoviæ Epus turbas, ac tumultum vereatus adire noluit: et quamq; à me, ut maneret, vehementer rogaretur; tamen Varsoviam domum discessit. Pari gravitate ~~Plocæ Episcopus~~ causam Religionis Plocæ Epus egit, denuntiatasq; ob eam rem à potentioribus viris inimicitias contempsit, atq;ita in sententia permansit: quem secuti sunt Posnaniæ, et Chelmin Episcopi. Cracoviæ non mea oratione, non Cardinalis respectu, non amicorum monitis, non fratris precibus, non denique muneris sui officio motus, non solum ipse facilem se haereticis præbuit; sed auctor alijs Episcopis fuit novum ijs gerendi, pessimusq; nefariæ coniurationi nomen subscripsit suum. Gnesnæ Archiepus petijt dari sibi spatium alterius diei, fatus sibi nihil satis liquere, distrahiq;, atq; impelli huc illuc animum suum. Erat periculum, ne si ipse cessisset, aliquot ejus auctoritatem sequerentur; magnamq; hinc mortem solicitum ea res habebat; quippe talium consiliorum ex superioribus eius actionibus authorem eum, ac ducem, non solum approbatorum timore videbar posse. Quamq; mihi spem magnam faciebant sermones domi meum ab eo habiti. Quid opus est multis? adfuit deliberanti Deus. Hodie in Senatum firmo postremus venit; cumq; suspensi essent animi expectatione eius sententiæ, gravissime, commodissimeq; est locutus, ut nunq; alias tam perspicue, tam etiam ornate dixerit; deliberatum à se esse diu, multumq; ut de



de re tanta maturum consilium afferre posset, adhibitos amicorum fidelissimum, ac prudentissimum quemq; priusquam ad Deum factas, ut sibi mentem, animumq; ad eligendum, quod facto optimum, quodq; cum sua, et aliorum salute coniunctum esset, illustraret: ad extremum et tacuisse non posse se, nec debere ei fœderi assentire. Primum quod ea Dei maiestas, numeriq; gravissime laederetur, quippe omnibus admittendis, omnes tolli Religiones. Deinde quod cuertendis omnibus legibus, perdendaq; Resp. esset id fœdus consecuta. Postremo obligatum se iusiurando esse Pont. Max. ac Sedi Ap. nihil unq; contra Christianam Religionem facturum; quin faciente pro viribus repugnaturum esse. Hanc vero Sedem se Sanctam, ac Sanctitatis magistram post diuturnas animi dubitationes, quibus agitatus esset, tandem divino munere agnovisse, ingq; agnita consequeretur sibi certum, et constitutum esse. Huius Sedis, iurisq; iurandi si meminisset Epus Cracoviæ, nunq; fuisse commissurum, ut tam manifesti periurij tantum dedecus subiret, suaq; macula Epalem dignitatem aspergeret. His de causis amputari sibi potius dexteram esset passurum, q; eam ad subscribendum huic fœderi unq; impellat: ne solum dexteram, inquit, sed si res ferat, caput hoc gladijs non dubitanter objecam. Quid enim, si vel exacta iam ætate aut salutarius, aut gloriosius accidere potest, q; pro Religione, pro Rep. mortem oppetere, et vitam, quæ natura legi propedium dimittenda est, paulo antè pro Dei nomine, ac pro salute Patriæ profundere? Hæc dicens cum clamoribus, minisq; Haereticorum incessitus; in sententia persteterat: tantoq; eius oratio bonis omnibus iucundior fuit, quanto minus ea sententia, eaq; constantia ab illo expectabatur. Neq; enim consistanda reliqua vitæ fuit, qui quot, ac quantas non suspicionis solum sui fecit; sed etiam aut intulit damna, aut impedivit commoda Catholicæ Religionis; tu minime omnium ignoras: quique nuper de Concilio Nationali consilia agitaverit, tunc repente immutatus, cum maxim